



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

Artic. 1. An vlla definitionum legis a doctoribus constitutarum legitima fit,  
sciscitatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

# QVÆSTIO PRIMA.

## DE LEGE IN COMMUNI.

S. Thom. 1. 2. quæst. 90.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum aliqua definitionum legis, quæ à Doctoribus constituntur, legitima sit.*

Varia  
definitio  
negligis  
D. Tho.  
Cicero.



**C**um multa variaeque definitiones tā apud Oratores, quā apud Theologos ac Iure consultos reperiantur nullā, tamen aut vix, yllam cōperio, quæ legi quatenus in vniuersale genus est, congruat, præter illam quam D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. colligit si paululo cōponatur limitatus. Nam illa Ciceronis li. 2. de leg. Lex est æternum quoddam, quod vniuersum mundum regit, imperandi prohibendique sapientia, sempiterna Dei legi peculiaris est. illa verò quā proposuerat li. 1. Lex est ratio summa, insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria: extra leges naturales non extenditur: sed illa. ff. de leg. & sena. consul l. 1. Lex, est commune præceptum, virorum prudentium consultū. &c. legi tantum adscribitur humanæ Sicuti & illa Arist. in Rhetoricis ad Alexandrum, cap. de gen. de libr. Lex est communis ciuitatis consensus qui scriptis præcepit quo modo vnum quodque agendum sit. Quò alludit illa Isidori libr. 5. Lex, est constitutio scripta. Igitur si vastam eius amplitudinem quā latè patet spectes, Lex est nihil aliud quā quædam rationis ordinatio & præceptio in communem bonum, ab eo qui curam reipublicæ gerit, promulgata. In hac enim oratione & genus legis exprimitur, & finis, & causa, & positionis forma. At verò eiusdem definitionis explicationem de singulis quatuor particularum, quibus constituitur, ex ordine disputare opus est. Quatuor ergo articulos quæstio hæc desiderat. Horum primus erit de genere definitionis. quo scilicet examinandum

Aristot.  
Isidorus  
Legis d  
finitio.

Primus  
qōnis ar  
ticulus.

est, vtra in potentia existat lex: nempe vtrū intellectus sit, an voluntatis actus. Asserere enim visū sumus esse opus intellectus, vbi diximus quod sit rationis ordinatio ac præceptio. Sunt autem in contrarium argumēta nonnulla. Primum: Cū in intellectu non sit nisi habitus & actus, non apparet vternam istorum sit lex Secundo: Legis est mouere subditos. nam Rex per leges mouet: voluntatis autem est mouere quoniā animal nō mouetur, nisi ab appetibili sub aliqua ratione boni, vt 3. de animal tex. 49. auctor est Ari. bonū verò obiectum est voluntatis, Accedit huc tertio loco & auctoritas quorundam recentium auctorum non infimæ notæ: sic definitiū legis substantiam: Lex est recta voluntas eius, qui vicē populi gerit. &c. Quibus nimirū ad stipulari sibi videtur, tum Aug. lib. 4. ciuit dicens, antiquitus arbitria Principum, pro legibus fuisse: & Iuriscōsultus ff. de constitu. Prin. l. 1. quæ & refertur. Instit. de iure natur. & gen. vbi ait, quod Principi placuit legis habet vigorem. Quarto, & reclamare Pau. videtur Rom. 3. vbi inquit. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mēis mea: etenim quæ in membris est lex non modò in intellectu non extat, verūm & ratione caret. In contrarium tamen pugnat legis virtus est præcipere, vt ait l. legis virtus. ff. de legibus hoc namque prudentiæ munus est, ac subinde intellectus.

Ad quæstionem istam duabus conclusiōnibus respondetur. Prior est, lex in intellectu tanquam proprium eius opus insidet. Hic autem de nomine statim adnotandū est, quòd nomē legis ob rei varias virtutes & qualitates ab alijs aliter atque aliter deducitur. Isidorus enim lib. 5. Ety. cap. 3. à legendo illud trahit, eo quod scripto profertur,

Argu. 1.  
Arg. 2.

Aristot.

Tertiū  
argū.  
August.

Nomen  
lex, va  
rie à scri  
ptorib.  
deducit.  
Isidor.

A 2 tur,

tur, ut legatur ab omnibus. At verò cum hoc illi accidentarium sit, congruentius D. Thom. & Theologorum schola à ligando dici autumant: vtpote quæ vi polleat obligandi. Quamvis Cicero. 1. de leg. à legendo sentit derivari: pro eo quod est, eligere, Ait quippe quod est Græci legem à tribuendo appellant (nam quod nos legem, ipsi νόμον appellant à νέμειν, quod est tribuere: ideo quod unicuique quod suum est tribuat) ego tamen inquit, à legendo, id est, de ligendo eam nomino. Et subdit: Nam ut illi acquitatis, sic non nos, hoc est Latini, delectus vim in lege ponimus & proprium tamen utrumque legis est. Hæc ille. Igitur cum ista omnes virtutes legi competant, parum refert à quarum nomen deducas: Attamen est Theologorum Etymologiam minimè repudiè, perplacet tamen Ciceronis sententia, ut lex idem sit quod legendi, hoc est, eligendi regula: Nam regula dirigendo docet eligere. Unde cumque autem nomen trahatur, parentissimum est, rem esse intellectus. Id quod ex vtraque eius virtute demonstratur. Habet enim & quod sit regula, & quod sit obligatoria præceptio. Quapropter cum S. Thom. tantum vnum in eius definitione ponat, nos tamen ambo loco generis composuimus, videlicet ordinatio & præceptio. Haud enim simpliciter ordinat aut dirigit, veluti qui tantum viam monstrat, sed ordinando præcipit, præcipiendoque ordinat. Ex priori ergo membro arguitur. Lex est æquitatis iniquitatisque regula, agendique mensura, sic enim ferme habetur. l. nam ff. de leg. vbi lex dicitur iustorum regula & iniustorum regula autem mensuraque nostrarum actionum est ratio: nam regula actionum est quæ in finem dirigit, quod solius est oculatæ rationis munus, ad quem finem voluntatem que caeca potentia est, ducit, ergo rationis functio est legem ponere. Adde quod sicut in naturalibus id quod est primum, est cæterorum mensura, ut vnitas in numeris, & motus primi mobilis respectu motuum inferiorum sic quia finis (ut Philosophus 1. Phy. docet) principium est humanarum actionum, sic ut rationis actio ordinantis media in finem, sit mensura, atque adeo lex. Ex posteriori autem membro arguitur secundo sic. Legis munus est præcipere & prohibere habetur. l. legis vir-

tus. ff. de leg. & senat. consul. & formâ ipsa legis præferret. Vnum cole Deum. Ne iures vana per eum. quin adeò hoc receptissimum est, atque omnibus in confesso, ut hac ratione leges, præcepta atque mandata nuncupemus, imperate autem est rationis, ergo lex à ratione elicitur, atque adeò in intellectu consistit. Minorem huius syllogismi, scilicet præcipere esse intellectus actum per prudentiam, edocet S. Thom. 1. 2. q. 17. artic. 1. & q. 57. artic. 6. At parum considerantium est hanc opin. impugare tanquam S. Thomæ, quippe qui non videant non esse eius inuentum, sed plenissimam atque constantissimam sententiam Aristot. 6. Ethico. cap. 10. distinguit enim tres virtutes intellectus practici, scilicet eubuliam, quæ est virtus bene consultandi, hoc est indagandi media ad finem accommodata: nam de sine nulla consultatio est, eò quod omnes suprà natura felicitatem suam expetunt, & sinefym quam Latini vocant sagacitatem, quæ est virtus rectè iudicandi. Sunt enim qui ingenio acuti sunt ad disquirendum media, non tamè ita iudicio valent, ut illis inuentis rectè de optimo sentiant. At præter hos requiritur potestremus prudentiæ actus qui est imperiū in quo differt ratio practica ab speculatiua. Illa enim quia non ordinatur ad opus præcisè habet duos actus, qui sunt discurrere & iudicare, practica verò in super opus habet imperio, ad quod præcedentes duo actus ordinantur. Et ideo Aristot. ait inter omnes hunc esse summum ac perfectissimum, à quo potissimum prudentiæ nominatur virtus. Neque verò solius est. Aristot. sententia, immo Philosophorum omnium quoque notum cum vel præcesserunt, vel subsequuntur: Quin verò rerum ipsa natura & mos humanus hanc nos plane veritatem edocet. Clarum enim est imperare, esse loqui videlicet, fac, ne facias, loqui autem, intellectus negotium est, quippe cuius conceptus uoce & scripto significantur, ergo ad ipsum pertinet præcipere. Etenim cum uel Deus angelis uel aliis eorum, inter se alijs quidquam præcipit, profecto non uoluntatis, sed intellectus loquela id efficit. Pari ergo lege si in potentijs nostris intellectus præceptum est, quod negari non potest, ad intellectum pertinet, non utique ad uoluntatem. Et confirmatur hæc ratio. Cum quis mente orat Deum, fiat uoluntas tua? Panem

Magis  
probatur  
legis  
etymo-  
logia  
tradita à  
Cicero.

Primū  
argum.  
pro con-  
clusionem  
Confirmatio.

Aristot.

Præcipere, est actus intellectus. Suadet hoc ipsum facti ratione. Tertiū argum. principale.

panē nostrum quotidianum da nobis hodie: planum est non voluntate sed intellectu loqui: ergo si aliqua potentia alijs imperat, illa lanē intellectus est: per similia verba. Tertio ex humano vsu arguitur, legem non voluntatis, sed intellectus esse proprium opus. Volitio & nollitio, qui tantum actus in voluntate sunt, nullum fecerunt imperium. Enimvero licet ego cetero sciam prælatum meum optatissime velle, vt ego prædicem, aut quidpiam aliud faciam: parere tamen non tenor quousq; id mihi loquens præcipiat: locutiones autem signa sunt conceptuum. Atque hinc sumitur ab interna nostra opera analogia. Quamuis enim quis post rationis iudiciū eligat bonum opus: nihilominus experimur post talem electionem esse homines vecordes & segnes ad idem inendum opus. Multi enim mente elegerunt vitam persanctē insilitere, qui tamē segnitia imperantis prudentiæ tardissime id aggrediuntur. Præcēdā arguitur. Tenentur homines conformare se & obedientes esse semper nre legi Dei, vt in 1. sentent. dist. 45. ita dicitur: spiritatur non tamen tenemur conformari eius voluntati beneplaciti: nam est ego sciam Deum velle mortē patris mei, licet mihi, qui neciam honestum est, de illa contritari. Et vice versa, Præceptū Abrahæ filium immolare, cui legi Patriarcha ille obtemperare astutus erat: & tamen Deus nō habebat voluntatē beneplaciti vt id exqueretur: ergo lex Dei non in eius voluntate sed in intellectu est præcipientis aut prohibentis. Per hæc & commentum contrariæ opinionis retunditur, quo aiunt voluntatem non esse ancillam intellectus, sed reginam: intellectū vero seruum. Lōgē quippe secus se res habet. Nam regere est functio illuminantis ac dirigentis: lumen autem non in voluntate, quæ cæca est potentia sed in intellectu existit. Siquidem non voluntatis lumen sed intellectus dicitur. De quo nimirum. David Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: vnde Arist. 1. Poli. c. 3. expressē ait mentem imperare appetitui: quo etiam nomine voluntatem complectitur: licet non imperio dominico, vt anima corpori, sed politico, vt Rex ciuibus imperat. Vnde sapienter 3. de leg. Plato: Non, inquit, precandum conandumque, vt voluntatem nostram cuncta sequantur, sed vt prudeatiam nostram, vo-

luntas. Ad hæc Rex à regendo dicitur, qui est actus prudentiæ, cuius ideo virtutis functio est leges sancire, hoc enim est potissimum eius munus, qui ad regni gubernaculum sedet. Quocirca Cic. h. 1. de leg. post illam legis definitionem supra citatam, sic licet, Lex est ratio iustitia in natura: subdit. Itaque arbitramur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit vt rectē facere iubeat, veterē delinquere. Et Arist. 10. Ethic. cap. 9. Lex, inquit, vim habet cogentem: quæ quidem est sermo ab aliqua prudentia atque mente profectus. Equis ergo nunquam ambigere quiverit, legem esse prudentiæ, ac subinde intellectus opus, quod vniuersi dictamen practicum appellant. Atque hic est legitimus sensus illius, Prouer. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Nam in hoc quod ait, regnant, potestas regum designatur: quoniam omnis à Domino Deo est, vt ad Roma. 13. refert Apol. In hoc autem quod subdit, & legum &c. intelligitur eiusdē potestatis vsus. Vnde, Per me, inquit, id est, per prudentiæ virtutem, quæ de meo fonte dimandata, Reges & leges condunt rectas, & sicut illis utuntur. Secunda conclusio: Lex est vniuersalis proposito ac dictamen rationis practice, quæ per modum habitus inest. Conclusio hæc assertio est. S. Tho. 1. 2. qu. 90. Hanc vero sic expositam accipito. In intellectu sunt & simplices apprehensiuæ propositiones atque alix iudicatiuæ: lex autem non est tantum apprehensio verum præcipro, quæ iudicium sequitur, non qualescunque, sed quod de omnibus fertur: illud quippe iudicium appellant practicum. Prius enim per primam prudentiæ virtutem, scilicet ebulliam, cōquiruntur illa quæ expediunt, mox per synesim, quæ secunda virtus est, iudicio probantur: tertio voluntate eliguntur, ac subinde sequitur imperium prudentiæ: quod non est propositio indicatiui modi, sed tertē imperatiui: factum est, aut vitandum. Hæc enim verba si vim numinis habeant, puta dignum est vt fiat, factuue indignum, speculatiuæ propositiones sunt, & nondum vim legis obtinent. Dum vero vim habent participij futuri, tunc censentur dictamina practica. Et si sit in principe promulgenturque populo, tunc leges existunt. Requiritur tamen præterea vt per modū habitus in sint, hoc est fixæ sint & perpetuo permanentes. Nam

Secunda ratio.

Cicero.

Aristot.

Reges regnant.

Prou. 8.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio.

A 3 tem.

Th. 1.

Quarto ratio.

Detegitur error contrariæ opin.

Plal. 4. Aristot.

Plato.

Tho.

Aristot.

capit. 1. est intellectus. Def. ip. n. fa. ra. me. certū. rum. nci. ic.

temporales preceptiones que per modum actus transeunt, quia vniuersales non sunt, sed singulari persona, loco, & tempore accommodata, facias, non habent pro legibus sed legum sunt applicationes, vt articulo proximo videbitur.

Solutur argumentum istud.

Neotericorum fallacia.

Per hanc ergo conclusionem ad primū argumentum ante respondetur, quippe qua assertum est legem esse propositionē per modum habitus inherētem, nam est lex actus feratur, manet tamē habitu ipsa scripta; in mente. Atque hinc proditur quorundam Neotericorum fallacia, contententium contra S. Th. nullo opus esse intellectus precepto ad operandum, neque attendentium non D. Th. sed Arist. se aperte contradicere. Arguitur. n. quidam in suis Moral. c. 2. de prudē. hoc pacto, Si preceptum, propositio intellectus est, tunc aut apprehensiuā aut iudicatiuā. Apprehensiuā quidem non sufficit ad opus, si verō sit iudicatiuā, ipsa per se sufficit absque alio imperio: nam cum p. in u. qu. s. iudicat bonū esse hoc, aut illud facere, statim eligere potest in qua electione iam est meritum, atque adeo statim potest operari absque alia imperandi vi. Quapropter vel ipsa voluntatis electio imperium est, vel nullum est aliud. Et addit nescio unde motus, hanc esse cōm unem opin. cuius tñ auctores vilo pretio a stimandos non meminisse. Bino nāq. peccato ostendit se Aristotele de hac re nō confulisse. Primū. n. negamus imperium propositionem esse aut simpliciter apprehensiuā aut iudicatiuā. Iste namque propositio nis iudicatiui modi differētē sunt. imperatoria verō non iudicatiua est, sed iudicium preterequirens. Atque inde detegitur altera horum fallacia. Imperium. n. (vt Arist. plane docet) non est iudicium illud quod electioni antecedit, sed iustio que electionem subsequitur. Concedimus ergo iudicium, quod est synesis actus, sufficere ad electionem in qua quidpiam inesse potest meriti: electio tñ non satis est ad vnum & opus, nisi ipsam subsequatur imperium. Sed tñ exurgit ex hoc argm. tertium eiusdem auctoris, si electionē consequitur intellectuale imperium, aut subsequitur ex necessitate, aut liberē. Nō ex necessitate, nā tunc nulla opus esse virtute prudentie ad imperandum, quod est cōtra Aristotele & veritatē. Si autē sequitur liberē, tunc consequi videtur solā electionē voluntatis nō sufficere, vt moueat intellectu, sed requi-

Solutur primū motiū Neotericorum.

Aliud argumentum eiusdem auctoris.

ri pretere alium actū, quem tñ neque Arist. neque S. Th. neque vllus philosophorū vnquā posuit. Imō oēs fatentur quod electionem subsequatur imperium. Hoc arg. plus iusto nos contorsit 1. 2. q. 7. ar. 3. Diuerse tñ illud iam mihi facile videtur, respondens quod imperium neque sequitur necessario ex electione, neque tñ aliū preterequit in voluntate actū pretere eandē electionē. Sed est notandū quod cū vt aliqua potētia ab altera moueatur, opus sit, vt vtraque sit bene disposita, consequens sit, vt nisi electio sit satis radicata, atque intellectus per prudentiā bene paratus, non sequatur ex electione imperium. Igitur vbi electio solida ac valida fuit, & intellectus per prudentiā satis obsequens, sequitur protinus ad electionē imperium, aliis vel morosē vel nūquā. Ad tertium arg. cōcesso regis esse mouere, cōceditur quoque, voluntas esse motricē tam intellectus quod reliquarū potentiarū. Haud tñ inde colligitur, aut ipsam esse reginā, aut intellectu seruā. Voluntas etenim nō mouet tanquā dirigēs & cognoscens, quod requisitū est vt esset regina. Hoc siquidem nomen ipsū, regina, aurib. ex hibet, sed mouet impellēdo, ad mouēdoque, potētiā ad sua officia. Quā quidē ob cām actiones humana, voluntas dñi hoc est à voluntate promanātes. Exēpli gratia. Prefixa in electione finis, vt puta volo ditari, voluntas applicat intellectu in inuestigandis medijs. Postquā autē hoc iudicat, illa potētia eligit, ac subinde per electionē cōmouet eū rursus ad imperandum in quo rō regendi consistit. Quo plane alludit verbū legis secundā, ff. de l. quā legē Martiani. nō erubuit à Chrysippo Stoico mutuari, vbi ait, quod lex est omnium diuinitū ac humanarū rerū regina. Existimo ergo satis illis factū, qui aiunt legē esse voluntatē eius qui vicē populi gerit, nā, vt supra ostēdimus, nulla Principis voluntas obligat nisi edicto precepta sit. Et hūc in modū intelligēdū est verbū legis supra citate de cōstit. prin. Quod principi placuit, legis habet vigorem, infinuatur. n. hoc dicitur quod nulla exiit in intellectu lex, nisi in voluntate precedat electio, at tñ neque voluntas est lex, sed si id quod principi placuit, mēte prius: deinde voce percipiat, illud est lex. Est ergo sensus hic, Quod principi placuit edicere, legis hēt vigorem, quo pacto eadē lex se ipsam statim sub his verbis exponit. Quod si quicquid Imperator per epistolā vel subscriptionē statuit, vel cognoscēs decernit, vel de plano interloquitur.

ri pretere alium actū, quem tñ neque Arist. neque S. Th. neque vllus philosophorū vnquā posuit. Imō oēs fatentur quod electionem subsequatur imperium. Hoc arg. plus iusto nos contorsit 1. 2. q. 7. ar. 3. Diuerse tñ illud iam mihi facile videtur, respondens quod imperium neque sequitur necessario ex electione, neque tñ aliū preterequit in voluntate actū pretere eandē electionē. Sed est notandū quod cū vt aliqua potētia ab altera moueatur, opus sit, vt vtraque sit bene disposita, consequens sit, vt nisi electio sit satis radicata, atque intellectus per prudentiā bene paratus, non sequatur ex electione imperium. Igitur vbi electio solida ac valida fuit, & intellectus per prudentiā satis obsequens, sequitur protinus ad electionē imperium, aliis vel morosē vel nūquā. Ad tertium arg. cōcesso regis esse mouere, cōceditur quoque, voluntas esse motricē tam intellectus quod reliquarū potentiarū. Haud tñ inde colligitur, aut ipsam esse reginā, aut intellectu seruā. Voluntas etenim nō mouet tanquā dirigēs & cognoscens, quod requisitū est vt esset regina. Hoc siquidem nomen ipsū, regina, aurib. ex hibet, sed mouet impellēdo, ad mouēdoque, potētiā ad sua officia. Quā quidē ob cām actiones humana, voluntas dñi hoc est à voluntate promanātes. Exēpli gratia. Prefixa in electione finis, vt puta volo ditari, voluntas applicat intellectu in inuestigandis medijs. Postquā autē hoc iudicat, illa potētia eligit, ac subinde per electionē cōmouet eū rursus ad imperandum in quo rō regendi consistit. Quo plane alludit verbū legis secundā, ff. de l. quā legē Martiani. nō erubuit à Chrysippo Stoico mutuari, vbi ait, quod lex est omnium diuinitū ac humanarū rerū regina. Existimo ergo satis illis factū, qui aiunt legē esse voluntatē eius qui vicē populi gerit, nā, vt supra ostēdimus, nulla Principis voluntas obligat nisi edicto precepta sit. Et hūc in modū intelligēdū est verbū legis supra citate de cōstit. prin. Quod principi placuit, legis habet vigorem, infinuatur. n. hoc dicitur quod nulla exiit in intellectu lex, nisi in voluntate precedat electio, at tñ neque voluntas est lex, sed si id quod principi placuit, mēte prius: deinde voce percipiat, illud est lex. Est ergo sensus hic, Quod principi placuit edicere, legis hēt vigorem, quo pacto eadē lex se ipsam statim sub his verbis exponit. Quod si quicquid Imperator per epistolā vel subscriptionē statuit, vel cognoscēs decernit, vel de plano interloquitur.

Dicitur preterita ratio.

Solutio tertij argumenti principalis.

Solutur postrema obiectio cū confirmationibus.



Cicero.

us est, vel edicto praecepit, legem esse constat. Quare neque erat cur Cic. ex lib. 1. de leg. accerteretur ad probandum legem esse in voluntate, propterea quod secundum ipsam dicitur ab eligendo. Hand enim esset electio nisi esse legem, sed quod lex electione Principis sequitur, & eligere docet subditos inter equa & iniqua: unde statim subdit, quod lex est mens ratioque prudentis, iurisque atque iniuriae regula. Quartum autem arg. alterius est negotij. Vocat enim Paul. membrorum legem alio longe significatu. Distinguit inquam leges quatuor: scilicet legem peccati repugnantem legi Dei, & legem membrorum legi mens adversantem. Et quavis quibusdam videri eadem posse legem peccati & membrorum, sicuti & inter se legem Dei, & legem nostram, non nihil tamen nobis visum est in Commentariis differre. Lex enim mens est effectus legis Dei, eiusque impressio in mente nostra, sicuti vestigiū in pulvere, est effectus pedis. Lex autem membrorum est naturalis inclinatio sensualitatis in sua obiecta, secundum totum naturae pondus & impetum, qui effectus est amissionis iustitiae originis, quia eadem sensualitas in omni obedientia infrenata retinebatur. Lex autem peccati, vel est effectus eiusdem inclinationis, puta sacre contra Dei voluntatem vel fuit prima pariter praevicatio, per quam dissoluta sunt membra, ex qua dissolutione, procedunt peccata. Lex ergo membrorum non est vera lex, quia non inclinatur ad bonum, sed de se per metaphoram: quia est natura iustitia originali destituta, ac subinde obliqua regula arectiana via deflectens. Sed arguis. Si est regula quomodo est extra intellectum? Respondetur legem per se, tanquam in regulam & mensuram existere in intellectu, dicitur nihilominus esse per participationem in potentibus & membris quod movet, tanquam in regulam. Sicuti Sol dicitur esse in aula propter eius effectum: & ars in statua. Pari ergo modo lex peccati est in membris.

ARTICVLVS II.

Utrum lex semper ad bonum commune ordinem habeat.

Consequitur art. secundus quo secunda definitionis particula exponenda venit, quod legis finem designabat. Sunt enim argumenta quod legem non sit necessarium in bonum commode ordinari. Primum, ut ait Isid. lib. 4. Etym. Si ratione constat, lex erit omne quod ratione constituitur: ratione autem constat, non solum quod in bonum

commode dirigatur, sed & quod in particulare refertur: nihil ergo derogat rationi legis si non in commode bonum ordinetur. Secundo. Praecepta (quemadmodum supra dictum est) vim habent legis, utpote cuius virtus est precipere & prohibere: praepia autem dantur et de singularibus actionibus, in quibus mores nostri constituti: ergo satis est leges in particulare bonum ordinari. In contrarium autem est idem Isid. eo. 5. lib. vbi ait quod lex est nullo privato commode, sed pro communi utilitate civium conscripta.

Ad quaest. vna conclusionem respondetur: Lex omnis, quomodo solida sit & firma, in commode bonum debet subditos promovere. Conclusio haec duplici ratione affirmatur, scilicet quod commode bonum aut per naturam salubritate usurpat, quam hoc seculo adipiscimur, quod est quietus tranquillitasque & pacificus reipublice status: aut pro illa supernaturali, quod in altero seculo veluti supremus finis nisi nos manet, in quo & seculare omne bonum suapte natura refertur. Enim vero si rationem primam commode boni spectes, hoc modo demonstratur conclusio. Pars omnis ad finem totum naturali ordine diriguntur sicuti imperfectum ad perfectum: quicquidque autem civium partes sunt civitatis, lex ergo illis praescripta in bonum commode totius civitatis debet eos instituire veluti partes vniuersi corporis quod ad servitium totius ordinem habeat. Concinit huic rationi Arist. Ethic. 8 vbi ait: Iusta legalia, hoc est civiles leges, factiva esse conservativaque felicitatis particularumque eius. Et Plato dialogo. 1. de legibus vbi ait: Legum latorem pacis publicae gratia debere omnes leges condere. Quia propter Lacedaemoniorum morem refellit, leges quod omnes in eum seculo dirigebant, ut bella strenuissimum gererent. Illis. n. prudentius Arist. Ethic. 1. c. nullum inquit, gerimus ut in pace degamus. Et Cic. li. 2. de legibus. Constat inquit, profectum ad salutem civium civitatumque, incolumitatem, vitamque omnium quietam & beatam, conditas esse leges. Si vero summam beatitudinem, quae Deus est, altius speculemur, sed iam possumus eademque optimam rationem subnectere. Lex enim (ut nuper dicebamus) regula prima est naturarum actionum: regula vero munus, ac potissimum primum est in supremum finem & scopum regulata dirigere: reliquum ergo fit, ut in commode bonum & legislatoris propositum, & lex ipsa debeat intendi. Sumitur & tertia ratio ex alia condone legis. Ait enim Philo. 5. Ethic. legem omnem vniuersalem esse, hoc est in vniuersum omnibus hominibus positam, ac de omni virtute. Idemque ab illa citata lege docemur: Lex est commune

Argu. 2.

Conditio responsiva.

Argu. 1.

Aristot.

Plato.

Aristot. Cicero.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Philosophi. Aristot.

ulit  
terio.

lutio  
ij ar  
cipa.

lunur  
stre.  
a obie  
o cu  
firma  
onib.

lunur  
stre.  
a obie  
o cu  
firma  
onib.